



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Linda Mariana, Sive De B. Virgine Lindensi

Clagius, Thomas

Coloniae Vbiorvm, 1659

X. Excisae Lindae Marianae in loco, ut haeretici religionem quoque excinderent, furcâ & patibulo in Deiparae cultores ibidem desaevierunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11544

C A P U T X.

In excise Lindæ Marianæ loco , ut Hæretici religionem quoque scinderent, fureâ & paribulo, in Deiparæ cultores ibidem defaverunt.

Quid ad istam Catholicæ pietatis religionisq[ue] in Deiparæ cultu, constantiam, quid ad illam intra animorum sinus latentem fidei Orthodoxæ flammatam, per exortos repente ventorum turbines alii multo latiusq[ue] se diffundentem , hæreticus furor Audi, & obstupece! Stupenda prosum olim fuit, qui ad abolendam Christi crucifixi, Crucisq[ue] illius gloriam , extirpandam q[ue] è Christiani populi animi pietatem, ferebatur Judæorum Gentiliumq[ue] insania; de qua, præter Eusebium ; de vita Constantini (a) Ruffinum (b) Sozomenum (c) & alios, Breviarium quoque Romanum v. Non. Majas. Quo enim loco , in Calvariae monte fixa Domini Crux fuerit eo illi, ad tollendum Passionis & Crucis Dominice cultum atque memoriam, collocarunt, marmoreum Veneris statuam. Quo verò loco Christus Dominus è sepulchro gloriosus in Horto surrexerat; eo sit lachrum Jovis statuerunt. Denique quo idem Dominus , infans aliquando vagiit ; eo impuri Adonis sive Thamuz Veneris amasii, posuerunt, signum. Rebatant homines egregiè fatui, se pietati honorique Christiano, eum in modum , itidem egregiè impoturos; si vel adoratueros, objectis idolis suis, à Christo suo excluderent ; vel adorantibus , cultum suorum idolorum , etjam ad speciem quancunque affrici-

(a) lib.3.c.24. (b) lib.1.cap.7. (c) l.2.c.1.

Ad excindendam loci religionem patibulum Lindæ erexit. 207
rent, Gentiles, inquit Sozomenus, qui Ecclesiam perse-
cuti sunt, quoniam Christianam religionem delere & ex-
cindere omnibus viribus laborabant; idcirco eum locum,
ingenti aggere superinjecto obruerant. Quin etiam univer-
soloco(tum sepulchri, unde Christus resurrexit, tum Cal-
varia) muro undique circumdato, eum pro suo arbitrio ex-
ornare cœperunt. Nam primâ sternunt lapidibus; deinde
fanum Veneris superextruunt; postrem d fini a lachrum in eo
statuunt; ad eum sanè finem, ut, & qui Christum in eo loco
adorarent, Venerem viderentur adorare; & temporis diu-
turnitate, ut homines eum locum venerarentur, veniret in
oblivionem. Non longè dispat fuit Iconfomachorum
nostrorum sive insania, sive immanitas. Posteaquam
enim tubitâ atque excisâ Lindâ, populus Catholi-
cus, locum nihilominus pari religionis pietatisque
studio accedebat, minis primùm arceri inde cœpit.
Verum cum minæ haud procederent, adjecta sunt
publica edita, & intextæ editis multæ, verbera,
alioque id genus supplicia. Neque tamen his moveri
potuit aut etiam debuit, illa, quæ in Catholicæ Pe-
træ Ecclesiæ fundata firmataque est pietas. Quò igi-
tur le tandem verteret rabies & immanitas barba-
ra? Ad Judæorum nempe artes atque ingenium.
Eo ipso loco, quo Tilia steterat, vel certè ponè in vi-
cina Lindæ area, infelicem statuunt arborem, ut non
modò prætentis aut propinquos inde arceret, verum
& cæteris omniibus (non sine insigni in Deum & Dei
genitricem contumeliam) extrellum loci sacri horro-
rem & fastidium, incuteret, factum id memorant, il-
lius ejusdem Præfecti Rastenburgensis voluntate,
quia & imperio; tametsi Mislenta, pro sua scilicet in

Prim-

Principes, et jam proprios observantiam, id facinus plus quam execrandum, Alberto Duci adscribat. Sic enim loco paulo ante citato gatit. Non modò fanum diruit, ac solo aquavit; verum etiam, sub multa patibulis peregrinationem subditis suis illuc interdixit: hocque per genere, inobedientes ac contumaces Idololatrias in hunc Ducatu, quotquot ad illum locum, cultus gratia, devenient deprehendebantur, affecit: adeoq[ue] suspendio puniri curavit uti Annates perhibent. Sed & Hennebergerus, nota alia est in Principem quoque suum reverentiam. Juventum audire loquentem, & non Catholicorum ratum, verum & aliorum à fide Catholica naufragium, de singulari in B. V. Lindenalem (et jam dum laicello excito, omnia situ qualebant) fiduciā ac pietate luculentum admittere & audire Testem. Sicutime (a) scribit. Ad Lindam, Resselium inter & Beslacum sat bat Aedicula sacra; in qua magna exercebatur idololatria. Serenissimus Marchio Albertus, cum in Papatu etiam haret, peregrinationem ed, & quidem nudipes, Regimonto usque suscepit. Et haret virus illud in multis, prae tim qui vicinum Episcopatum accolunt, ita alte fixum, nequeant remittere; quin vel noctu accedant illuc, censu accendant, idolomaniamq[ue] exerceant; et si fanum fundeversum sit, & accessus sub pena patibulis interdictus, adique iam aliqui, suspendio, ea de causa plexi sint. Hæc do glia de Alberto Duce Prædicantes: quam fide (nam debita Principibus observantia non est opus diligenterquirere) ipsi ipsorum que alii viderint. Ego vero Adae plus hoc etiam loco de Brandenburgicæ, hoc est, dea C generosissimæ heroicæque Domus sanguine & in dolo

(a) pag. 261.

d facinus
dole, in Alberto, quantum vis ab Ecclesia Catholica
ribat. Sic
jam degener, reperio, quām ut istam sibi, à furca &
infelici arbore, eo potissimum in loco, satageret lau-
reolam demecere. Magis quo circa iterum in Ciariti
sententiam concedo, qui & constante hominum fa-
mā atque traditione, & illustrium testimonio viro-
rum, & recentiore superioribus annis memoriā edo-
ctus, Praefectum Rastemburgensem, illius molis e-
gregium facit sive Ædilem sive Architectum. Sic
enim (a) scribit. Dum hoc modo in desolata B.M.V. facel-
li area inverterat u DEI cultus, & recepta gloriosissimæ Vir-
ginis Mariae veneratio, apud homines non senesceret, sed
speciosus quadammodo reiuenesceret, tulit id indignè
Prefectus ille idem Rastenburgensis, qui antebac loco sacro
manus impias admoverat; atque exulcerantibus animum
furiis præceps rapitur ad maiorem DEO contumeliam in-
ferendam, & scelestiorem Virginis DEI Genitrici inhono-
rationem irrogandam. Quocirca, ut hominibus ad Ædem
Lindenensem confluentibus horrorem iniiceret, fugam conci-
ret, & a frequenteatione omnino removeret, patibularē
Crucem religiosa loci sacri area erigit, facinorosumq;
hominem infelici ligno suspendit.

Cæterum, quisquis infelicem illam arborem, eo
præterim loco, plantavit, non de ligno vitæ, sed
aliunde lemen futuræ plantationis sumpsit. Memo-
(nam
rani Hebrei, Sethum, jussu Angeli, de vetita scientia
opus dili boni & mali Arbore, semen accepisse; illudque sepulti
Adæ ori indidisse, ex qua succreverit Arbor; de que
oc est, dea Crux Christi, per quam Adæ peccata expiaren-
ne & iniur, confecta postmodum sit: decuisse enim, ut in eo-

O

dem

(a) pag. A 7.

dem ligno, quo Adam peccaverat, Christus Ad
peccatum lueret atque expiaret. Sit, quicunque
bulæ (de qua in Prævio Salomonis (^a) Pineda) loc
esse potest; jam pro fabula reputari haberique
debet, si quis illius & similium Arborum infelici
semina, è novo Evangelii prædicantici sive hor
sive Paradiso sumpta, vel potius illud ipsum Evan
gelium, quod ipsi verbum Dei, proinde (juxta ill
D. Lucæ (^b) parabolam) semen vocare debent, a
ruerit. Quàm enim copiosè, istiusmodi apud
proveniant arbores Disquist. Ubiq. xxiv. affi
monstratum est. Illud hic minimè prætereund
est, quod præ cæteris, Hennebergerus quoque
Gedani evenisse memorat. Simul enim ac Luth
Evangelium, quinque Tritonum buccinis Anno
D. XXIV. Gedani personuit; ilicò flores, sive fruct
Evangelii prædicantici in ipso Gedanensi foro
paruerunt, Furcæ nimirum, Rotæ & Gladii. Par
lum, inquit ille, & Rota in foro posita sunt, & gladii
dem appensus. Ecce quàm præcoces fructus, & ge
nas sibi arbores; illud Evangelii prædicantici
Gedani protulit! & quidem in ipso foro; adeo
Bernardus Vapovius quoque memorat, ante
rium! An hæc porrò ultraterrorum Gedani pro
rint, haud tatis constat; videndum igitur sup
quousque tandem Lindæ sit processum.

(a) lib. 5.6.14. (b) Luc. 8.11. (c) pag. 92^u Det Lu